Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars III.

Wien, 1794 Seite 2875

Quelle:
Copyright:

Ponendo baculum faſtu ceſſare doceris,
Ne laeſus laedas, virga remota docet.

Edit. *affingere cordi.* Cod. *affigere.* Edit. *col.* 1138. *bis ſua membra fovent.* Cod. *favent.* Edit. *Melchiſedech Domino ſacrificaſſe ferunt.* Cod. *Melchiſedech fertur ſacrificaſſe Deo.* Edit. *col.* 1139. *Iſta ſacramenta modo.* Cod. *iſta ſacranda modo.* Edit. *nam Pontificum maledicta.* Cod. *nam reproba principis acta* Edit. *Pontificum vitulus* et *ipſe luit.* Cod. *Principis hic vitulus* et *igne luit.* Edit. *col.* 1140. in not. *petiit, quia clarificavit.* Cod. *petiit quia clarificari.* Edit. *Stratus humi trinus.* Cod. *Iam ter humi ſtratus.* Edit. *Anxietas habita* et *Supremo Patri victima grata fuit.* Cod. *Iam tunc anxietas* et *Et veteri ritu gratior una fuit.* Edit. *Mentis enim requie gratificamur ei.* Cod. *Mens etenim requie gratificatur ei.* Edit. poſt v. *Nam grates agere* &c. omittit:

Glorificando deum quaerimus eſſe Dei.
Qui cum dixiſſet, dormite, quieſcite ſubdit;

Expendat haec Lector, et ſaltem in plurimis a *Codice* ſtabit. Secundo ſubjunctum eſt Carmen aliud hexametricum ὁμοτελευτον de Vanitate et Contemtu Mundi olim *Bernhardi* Creditum. Vide Edit. *Maur. Vol.* II. T. 5. *col.* 891. Incipit:

Cartula noſtra tibi portat dilecte ſalutes.
Mira uidebis ibi, ſed non hec dona refutes.
Dulcia ſunt animę ſolatia que tibi mando.
Sed proſunt minime, niſi ſerues hec operando &c.

Sunt verſus CVI. et finiunt:

Accipiet uere, qui uult hec iuſſa tenere.

DCCXCV.

21 Codex membraneus germ. Sec. XIV. Folior. 327. f. max. eleganter ſcriptus, multoque auro et picturis dives continet Verſionem *Rationalis Divinorum Officiorum Guilelmi Duranti* Epiſcopi Mimatenſis. Egit de eo jam *Lambecius L. II. pag. 778. edit. Kollar. col.* 582. et luculenta quaedam ex anonymi Interpretis Praefatione loca de introductione Facultatis Theologicae in Academiam *Vindobonenſem*, deque Linguarum latinae, germanicae et vindicae indole, propagatione, ſtudio repraeſentavit, ad quae lectorem remittimus, alia minutius perſecuturi. Itaque litera dictae